Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



circumdunt et vpiam baptizante. Unde apostolus. Mundati inquit in vno baptizati estis vpm induistis. De circumcisione autem in libro geneseos plenissime expositum. Seq. Tetigitque pedes eius et ait. Sponsus sanguinum tu mihi es. Cur eum pedes cum prepucio tetigit nisi quia circumcisio ut baptismum inutilis est si post baptismum ut circumcisione pedes sup petra non stabiliantur. Unde ps. Dixit me inquit dns de lacu miserie et de luto fecis et statuit supra petram pedes meos. Quod autem ait. Sponsus sanguinum tu mihi es feminea pietate loqui videtur. Ac si dicat. Hec ex tua communione bnficia capio ut filios meos sanguine fundam. Ad si hec ad dnm Sephora dixisse intelligatur sic exponetur ac si diceret. Nouum genus coniugij in quo ex sanguine filij generantur. Mirabilis sponsus cui ex aqua ut ex sanguine filij nascuntur. Et dimisit eum postquam dixit. Sponsus sanguinum tu mihi es. Non quia hec dixit sed ob circumcisionem. Ad hec et eum uenerat non ut mulieris uerba audiret sed ut puer circumcideret.

Audiuit ergo moyses et narrauit filio quecumque audierat. Venerunt simul ad seniores israel. Locutusque est Aaron que dns iusserat et fecit signa et credidit populus. Dnsque gauisi sunt et prom adorauerunt. Ad maiora tendim ideo non exponendis hystorijs laborare nolum. Ne forte sicut quorda moris est que per se et plana sunt difficilia faciam. Inde autem uenerunt ad pharaonem dixerunt que ei ut dimitteret poplm. Qui audire noluit sed uehementius q prius eos afflixit. Hec autem dei prouidentia fiebat. quo et pharaonis magna et dei potentia innotescerent.

Dixitque est dns ad moysen dicens. Ego dns qui apparui Abraham Ysaac et Jacob in deo omnipotente et nomen meum Adonay non indicaui eis. Quid est hoc quod dicit. Apparuit dns patriarchis seq; et deum omnipotentem illis esse ostendit et tamen nomen suum quod est Adonay non indicauit eis. Quod est hoc nomen quod nobis licet et Abraam Ysaac et Jacob non est indicatum. Per hos enim tres patriarchas et quibus omnis iudei originem ducunt omnes iudeos plm intelligere debemus. dei uero nomen ibi vpis est. Ipse enim et nomen et pmo et uerbum dicitur. Ecce inquit ppla nomen domini de longinquo. Hunc autem cognouerunt uidei quia si cognouissent numquam dnm glie crucifixissent. Excecauit enim eos malitia eorum secundum illud Excecauit eos ppbiu ut uidentes non uideant et intelligentes non intelligant. Inquit autem Adonay dns ds. Saluator autem disciplis loquitur dicens. Vos uocatis me magr et dne et bene dicitis sum et enim. Itemque si quis uobis aliquid dixerit dicite quia dns hujus opus habet. Ignorantia igitur ista patriarcharum non est patriarcharum sed seminis patriarcharum. Indicauit enim eis dns nomen suum et non indicauit eis. Indicauit secundum se non indicauit secundum membra. Indicauit primis non indicauit nouissimis. Sic enim tua promissionis illis promittitur et illis non datur. Tibi inquit dns dabo tiam hanc. et tibi et non tibi. Tibi et non tibi. tibi semine non tibi personaliter. Potest autem et sic intelligi. Nomen meum Adonay non indicaui eis quia non qui dnm sed qui pater me illis exhibui. Nunc autem uos libando et egiptios affligendo quali et rex et dns ee nouerint cuncti gentes innotescam. Unde etiam fideliter dicit. Ego dns ds uester. Itemque Et faciens quia ego dns.

Et locutus est dns ad moysen dicens. Ego dns. Hoc est quod supius dixit Adonay. Hoc est illud nomen quod patriarchis non indicauit. Idest filijs patriarcharum. Seq. Loquere ad pharaonem que ego loquor tibi. Et ait moyses. Ecce incircumcisus labijs ego sum quomodo audiet me pharao. Incircumcisus enim labijs est qui superflua uana et inutilia loquitur. Circumcisus uero qui et investigare et respondere rationabiliter nouit. Quid hic iudei dicant cum labiorum incircumcisionem audiant. Et ut ego quoque qui incircumcisus labijs loquar iuniam et nares sibi circumcidant ut iam nec ab inutili circumcisione quiescant. Dixitque dns ad moysen. Ecce constitui te deum pharaonis eam uidelicet potestatem tibi tradendo ut mihi uolunt tua cum affligas et in signis et miraculis que facens obstupescat. ubique in nullo necessitatem habeat. et ita non fiat tuus erit ppla tuus. Et quia facundus et [illegible]ns est ipse pro te loqt